



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XLVII. De Purificatione post partum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

benda misericordia annorum, qua solvantur a jejunandi obligatione. Verum ut hoc sit probabile, tamen in discriminatum recepta sexagenaria ætas. Vid. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 32. n. 16. & 17.

<sup>11</sup> Exclusus & aggritudo, & infirma valetudo, dolores capitis, oculorum vertigines, si sint notabiles, quas auger abstinentia, qua in re Medicorum consilio standum. Exclusus item pregnantes foeminae, qua cibo indigeat frequiore, non tam suo quam foetus nomine. Idem efficiuntur infantibus infantes. Idem & in iis, qui graves labores sustinent, ut agricultoræ, fabri ferrarii, lignarii, commentarii, & similes laboriosæ artes exercentes. Facit enim immodecum labor non sufficere iis semel sumptum cibum: ut quibus est at non laboriosi, nequam exculcentur, cuius ordinis sunt factores, pictores, barbitonifores, Advocatos, Scholasticos, Notarios, Scilicet, non recte exeperis, quod eorum labor non cessat: at magnus. Si tamen & hi non possint aliam oneri, quod iis incumbit & perficeret est necesse, satisfacere, videntur futuri extra culpam. Exclusantur etiam mendici, scilicet comedentes, si nequeant tantum corradi, quantum ubi comeduntur sufficiat. Vid. de his Navat. d. c. 21. n. 16. Azot. d. c. 17. qu. 5. & seqq. Less. d. dubit. 6. n. 40. & seqq. Sic & excusantur illi, quibus cibus aliis non sufficit, quam interdius, si illo vesperante, quia non habet necessitas legem, modò eviter scandalum: & ita expressum in c. 2. b. s. quod haberet indulgeri quoque posse elsum carnium diebus prohibitus, etiam in Quadragesima si necessitas exigat. Exclusa præterea consuetudo, aut privilegium, permittens licentiam vesendi lacteis in diebus Veneris & Sabbathi, etiam in Quadragesima, aut ovis: item ex his aut exterioribus animalium partibus, quibusdam in locis, ut in Hispania diebus Sabbathini.

<sup>12</sup> Hæc ita de jejunio Ecclesiastico, quod unam tantum refractionem admittit de die, quæ non sumenda ante tempus prandii, vel non nisi sub meridiem. Quod tempus non sine peccato quis autem vertit & quidem letali, si sit notabile, feliciter unius horæ; nisi justa causa excusat ut iteri instans, aut alia iusta occupatio, aut causa Navat. d. c. 21. n. 27. Covar. 4. Var. c. 20. n. 14. in fine. Recte tamen quis refractionem distulce-

rit in vespere, etiam sine causa; nam quod tardius prorogatur, eo corporis afflictio est gravior. \* De consuetudine inductum fuit, ut vespere quid sumatur, ne potus noceat, quod quia exiguum & modicum excusationem primò dedit, cum modica pro nullis reputentur. Hodie consuetudo ista recepta paucim excusat. Recepum quoque, herbis & fructibus uti licere in ista refractione. Quidam pane negant, quia nutrit; sed communius receptum, pane vel solo, vel cum fructibus, aut edulius levioribus vesci licere, pro usu locorum. Sit tamen modulus. Vid. Azot. d. l. 7. c. 8. q. 4. 5. 6. & 7.

Q. An dilato prandio in vespere, licet uti refractione vespere prandii tempore? R. Id absolute negari licetum esse, nisi causa excusat, eo quod jejunium solvatur, cum vespertinam refractionem non jus, sed consuetudo excusat; & quidem contra jus, ut non tam laxanda, quam restringenda. Aliquis tamen videri, istam mutationem nihil derogare lege jejunii, cum, ut nunc de more servatur, unum si prandium cum refractione: ut translato in vespere prandio, & contra refractione translatam in meridiem, tantum fiat mutatio temporis, salvo jejunio. Quæ opinio ut sit probabilis, prior tamen tutor & verior. Vid. Azot. d. q. 6. & c. ii. q. 4. & 5.

Est & jejunium naturale, quale præmittendum sumptum Eucharistie, interdicens omnem potu etiam aquam, & omni cibo, ut simpliciter oporteat aliquem esse jejunum.

Fuit & olim moris in profectis solemnium dierum cum jejunio vigilare, unde dictæ sunt 16 Vigilie, quarum nomen remansit, res, excepis paucis diebus, in desuetudinem abiit, propter flagitia nocturnis coëstibus committi solita ab iis, quibus non est timer Dei. Cov. d. c. 20. n. 8. verj. Idem Burchardus. & c. 19. n. 10.

## T I T U L U S XLVII.

De Purificatione post partum.

## S U M M A R I U M.

1. Mulier à patre quatenus hodie prohibetur ab ingressu Ecclesie.
2. Non obstante lege Moysæ à hac de re.

Zz 2

Lege

**L**ege Mosaicâ post partum mulier ab ingressu Ecclesiæ atcebatur ad tempus, Dif. 6. in princ. quæ, quia cæterinalis erat, evanuit, postquam legis Evangelicæ veritas illuminxit. Ut hodie non prohibetur mulier etiam statim à partu ingredi Ecclesiæ, Deo astuta gratias, ne necessitas & dolor vertatur in culparam, can. Si mulier Dif. 5. Non est tamen reprehendenda, quæ ad tempus abstinuerit e. unico h. t. & can fin. dif. 5. qui præcipit, ne viii commisceantur mulieribus ante purgationis tempus.

**N**ec potest objici, quod cæterinalia præcepta sint abrogata per legem Evangelicam, ut proinde eorum observatio induci non possit, nam hoc intelligendum de iis cæterinalibus præceptis, quæ non tantum sunt mortua, verum & mortifica: qualia sunt, quæ ordinata ad præfiguranda Christi mysteria, ut futura, ideoque observatio præjudicaret fidei veritati, juxta quam confitemur, ista præfigurata mysteria jam contigisse atque completa esse. Nam quoad ea, quæ magis pertinent ad quandam devotionem, ac ritum sacrificiorum, eorumque ornatum; quam ad futuræ legis Christique nascitur præfigurationem, observatio eorum nihil in le malo continet: quod spectat tempus purificationis, decimæ, oblationes, & similia. Covart. 1. Var. c. 17. n. 1. Suar. de relig. Tomo. 1. Tract. 2. lib. 2. c. 1.

### T I T U L U S X L V I I I .

#### De Ecclesiis ædificandis vel reparandis.

#### S U M M A R I U M .

1. Ad Ecclesiæ reparationem tenetur, qui datum dedit.
2. Cujus eo nomine bona tacitè sunt pignori.
3. Tenentur & non impeditientes destructionem.
4. Ecclesiæ vetustatis aut casu collapsas quis reparare teneatur.
5. Decimarum possessores an teneantur?
6. Ecclesiæ restauratio qualiter facienda.
7. Ecclesia nova quando & unde adificanda.
8. Parochio nova Ecclesia portio debita unde superflanda.

9. Leprosi propriam Ecclesiæ habent.  
10. Ecclesia secularis conuersi possunt in rem.

**V**T ad divinum cultum Ecclesiæ nullæ sunt, ita ad eundem conservandostruere aut collabescere contingat, tempore aut fulciendæ, sumpcibus ejus, quæ struptione causam dedit: ita dicuntur quæ damni reparatione eum gravatae larum. \* Ut eo nomine non male dicentes petere Ecclesiæ tacita hypotheca in bono qui datum dedit, Traq. de privil. p. 103. Everard. in Loro à Fige. Peckius de repar. Eccl. cap. 4. num. 1. quæ non male sufficiet, etiam mulieribus dam Ecclesiæ tempore priorem cum filiis hocjure gaudeat, ut promovet & potior, l. 2. C. de privil. sibi quæ Ecclesiæ tribuitur; cum quod datum paratorum, alteri non sit denegandum, neque ubi eadem inventur ratio que hic major est, ex majore Ecclesiæ & eius favore.

Dicitur etiam non male, eos quoque ad reparationem, qui, cum tenerent se sent, non impedirent destructionem. Etores Ecclesiæ, Magistratus loci, fanaticos hæreticorum auffus, aliorum nam as avertire à domo Dei, can. secut. 4. XII. Dico, & possent; nam non nisi qui patet obviando favere dicitur, can. Neglig. 9. 7.

Vetustate aut casu collapsarum Ecclesiæ reparatione spectat ad fabricam: nullæ beat consuetudo, quæ in primis inservient, observanda, can. de rebus eccles. &c. Add. cam. inf. de simonia. Bettendorf. Conf. 4. n. 20. 4. & Conf. 306. vol. 8. D. Wamel. Conf. pr. Conf. 511. n. 5. & seq. & Conf. 513. n. 1. b. t. Si Ecclesiæ fabrica nulla fuerit, non sufficiens, tunc Clerici, & alii beneficiorum fructus Ecclesiæ recipiunt, ad reparationem sunt cogendi, quatenus supereli contumaciam, stentationi, &c. b. t. Si nec hi sufficiant, contributionem cogendi parochiani quæcumque ad ecclesia facta inauranda est. Trid. 6. 6. 7. de reform. Qui si stat inopere, referatur Ecclesia ad matricem, vel maxime suam.